F. G. SCHNEIDEWINI

DE HYPOTHESIBUS TRAGOEDIARUM GRAECARUM ARISTOPHANI BYZANTIO VINDICANDIS

COMMENTATIO.

RECITATA IN CONSESSU SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM GOTTINGENSIS D. IV. DECEMBR. MDCCCLII.

1. Argumentum Antigonae Sophocleae alterum, quod Aristophanis Byzantii nomen in fronte habet, post Brunckium ita nunc editur:

Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος ἀνῄρηται. ἐφ' ᾗ καὶ Αἵμων δυσπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο· ἐπὶ δὲ τῷ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλε.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωίδα ἱστορούμενα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ἃς ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπρησθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους. Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι. τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης.

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ. πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τίκτει τὸν Μαίμονα. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς: ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων· προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων· τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵμονος καὶ μόρος Εὐρυδίκης τῆς Αἵμονος μητρός. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα

ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.

Horum partem primus Brunckius reliquis infarsit: deerant enim in antiquioribus exemplaribus quaecunque legantur a vv. τὸ μὲν δρᾶμα usque ad vv. ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης. Ista Brunckius „ex uno e regiis codicibus“ protulit. Iam nihil suspicati qui haec repetiverunt nomen Aristophanis universo argumento, quale Brunckius concinnavit, praefigunt cum reliqui tum Aug. Nauckius in docto libro de Aristoph. Byz. p. 256 sqq. Disci ex Bandini Catal. Codd. Laurent. Medic. II, 132 in alienam pannum istum possessionem venisse potuerat. Nam in principe omnium Laurentiano libro Brunckianum additamentum extat illud quidem, sed ut in fine tragoediae lateat tanquam Σαλουστίου Ἀντιγόνης ὑπόθεσις. Simul idem liber uberiora praebet haec, quae a Gust. Wolffio Berolinensi mecum liberaliter sunt communicata: τελευτῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶν τὰ ξένως περὶ τῶν ἡρωίδων ἱστορούμενα, ἡ μέντοι κοινὴ δόξα σπουδαίως (l. σπουδαίας) αὐτὰς ὑπείληφε καὶ φιλαδέλφους δαιμονίως· ᾗ καὶ οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ ἑπόμενοι τὰ περὶ αὐτὰς διατεθέντα (l. διέθεντο). τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ὀνομασίαν ἔσχεν ἀπὸ τῆς περιεχούσης (παρεχ.) τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης. ὑπόκειται δὴ ἄταφον τὸ σῶμα Πολυνείκους, καὶ Ἀντιγόνη θάπτειν αὐτὸ πειρωμένη παρὰ τοῦ Κρέοντος κωλύεται. φωραθεῖσα δὲ αὐτὴ θάπτουσα ἀπόλλυται. καὶ Αἵμων τε (l. δὲ) ὁ Κρέοντος ἐρῶν αὐτῆς καὶ ἀφορήτως ἔχων ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συμφορᾷ αὐτὸν διαχειρίζεται. ἐφ' ᾧ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη τελευτᾷ τὸν βίον ἀγχόνῃ.

Ergo duorum prorsus diversa argumenta grammaticorum eaque, si ultima Salustii spectas, easdem res similibus verbis enarrantia habemus; quod ipsum effecisse videtur, ut librarius regii illius codicis resecaret ex Salustianis ea, quae in Aristophaneis iam dicta cerneret. Si modo resecuit ille: nam fieri potest, ut Brunckius tacuerit ea quae nullius sibi usus viderentur. Grammaticus si praetermisit, ne eadem bis decantarentur, non est vituperandus: sin Brunckius celavit, commisit quod non debebat. Nunc enim postquam quae Salustii sunt cum Aristophaneis coaluerunt, in errorem pellecti sunt quidam doctissimi homines. C. enim Lachmannus in Niebuhrii Mus. Rhen. I, 317 quae in Scholiis Sophoclis et Euripidis ad declarandam artem poetarum scite mo-

neantur pleraque omnia ab Aristophane esse et sibi et aliis persuasit, veluti G. Wolffio de Scholl. Soph. Laurent. p. 27. Cuius ego opinionis non alium fontem reperire possum quam hoc ipsum argumentum, in quo quae de artificio Sophoclis perstringuntur non Aristophanis, sed Salustii esse nunc exploratum est.

Ad duo illa argumenta Antigonae accedit ὑπόθεσις prior, quae anonymi est, in sola illa enarratione fabulae occupata: sequitur vulgo Aristophanis ὑπόθεσις, quae in Laurentiano sola ab initio fabulae legitur: et prior illa et Salustiana in fine tragoediae suppleta est, ut dixi. Nunc disputationis nostrae ratio postulat, ut dum suum cuique reddimus utrumque argumentum ex libris Laur. et Parisino A (illum *A*, hunc *B* notavi) emendatum, collocetur seorsum:

Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ.

Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος ἀνῃρέθη. ἐφ᾽ ᾗ καὶ Αἵμων δυσπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα ξίφει ἑαυτὸν διεχειρίσατο. ἐπὶ δὲ τῷ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλεν.

Κεῖται ἡ μυθοποιία καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τέκνον τίκτει τὸν Μαίονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων· προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων. τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τάφος Πολυνείκους καὶ Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, [θάνατος Αἵμονος] καὶ μόρος Εὐρυδίκης τῆς Αἵμονος μητρός. Φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.

Σαλουστίου Ἀντιγόνης ὑπόθεσις.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωίδα ἱστορούμενα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην· ὁ μὲν γὰρ Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπρησθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους. Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν τὰ ξένως περὶ τῶν ἡρωίδων ἱστο-

ρούμεδα. ἡ μέντοι κοινὴ δόξα σπουδαίας αὐτὰς ὑπείληφε καὶ φιλαδέλφους
25 δαιμονίως· ᾗ καὶ οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ ἑπόμενοι τὰ περὶ αὐτὰς διέθεντο. [τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ὀνομασίαν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης]. ὑπόκειται δὲ ἄταφον τὸ σῶμα Πολυνείκους· καὶ Ἀντιγόνη θάπτειν αὐτὸν πειρωμένη παρὰ τοῦ Κρέοντος κωλύεται. Φωραθεῖσα δὲ αὐτὴ θάπτουσα ἀπόλλυται. καὶ Αἵμων δὲ ὁ Κρέοντος ἐρῶν
30 αὐτῆς καὶ ἀφορήτως ἔχων ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συμφορᾷ αὐτὸν διαχειρίζεται. ἐφ' ᾧ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη τελευτᾷ τὸν βίον ἀνχόνῃ.

1. Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ Ἀντιγόνης ὑπόθεσις *B* 3. ἀνῃρέθη Nauckius: ἀνῄρηται libri. Facilius correxeris ἀναιρεῖται. Sed Aristophanes aoristis in enarratione argumenti uti solet. 5. διεχειρίσατο *A*: διεχρήσατο *B* 6. ἀνεῖλεν *A*: ἀνεῖλε *B* 7. κεῖται δὲ *Turnebus*. παρὰ *A*: παρ' *B* 8.9. τέκνον τίκτει *A*: τίκτει *B* 9. τὸν Μαίονα Nauckius: τὸν αἵμονα *A*: τὸν μαίμονα *B* et m. rec. margo *A*. Dixi de his quae ad Euripideam fabulam pertinent Philol. VI, 593 sqq. 11. ἐξ om. *A* προλ. δὲ ἡ Ἀντ. delet Bothius. δὲ *om. B* et *pr. A*, ubi in marg. m. rec. suppletur. 13. καὶ Ἀντ. ἀναίρ. *A*: Ἀντ. ἀναίρ. *B* θάνατος Αἵμ. om. *AB* 16. τριακ. δεύτ.] λβ *AB* 17. sqq. om. *B* 18. Ante στασιάζεται aliquid erasum in *A* 19. ὁ μὲν γὰρ Ἴων *A*: ἃς ὁ μὲν Ἴων *vulgo*. 20. καταπρησθῆναι *A*: καταπροισθῆναι *Brunckius*. 21. Λαοδάμαντος *A* (?): Λαομέδοντος *codex Brunckii*, v. Apollod. 3, 7, 3. 22. ὑπὸ] κατὰ *A* 24. σπουδαίως *A* 25. 26. διέθεντο *scripsi*: διατεθέντα *A*. Ceterum fallitur Salustius. Vera erunt ubi inverteris. Etenim ἡ κοινὴ δόξα repetenda est a poetis tragicis, non adoptata ab illis, de quo dixi in ea commentatione quam supra commemoravi. 26. Verba uncis septa putidiora visa sunt Bothio quam quae prudenti possint tribui grammatico. Nempe Aristophani dicit. Sequuntur Dindorfius et Nauckius. ὀνομασίαν *A*: ἐπιγραφὴν *Brunckius*. παρεχούσης *Brunckius*: περιεχούσης *A* 29. Αἵμ. δὲ *scripsi*: Αἵμ. τε *A*.

Hactenus haec. Sed eorundem operam grammaticorum, si quid video, iunctam ostendunt argumenta Oedipi Colonei. Etenim post argumentum primum, quod caret nomine auctoris, sequitur apud Elmsleium alterum, vulgo et ipsum ἀδέσποτον: in *B* simpliciter Ἄλλως illud praefigitur. Verum *A*, in quo, prorsus ut in Antigona, pone tragoediam excipit argumentum illud elegiacis versibus conscriptum, quod ab Io. Camerario olim mendosissime editum ex schedis P. Victorii — a quo ipso fictum videri poterat Bothio — mendose repetiit Doederlinus praef. Oed. Col. p. XXII, *A* igitur Salustio tribuit: Σαλουστίου ἢ πυθαγόρθς ἀλλχ. Similiter Elmsleius, quem miror titulum Lauren-

tianum a Cobeto accurate notatum praetermisisse, ex Paris. B nr. 2787, quem Thomae Magistri manum emendatricem passum esse alio loco docebo, attulit hanc inscriptionem: Σαλουστίου Πυθαγορείου. Sequitur postremo tertium argumentum, quod ex uno *A* editum est ab Elmsleio, postquam F. Thierschius ex apographo Victoriano protraxit primus. Sed Salustiana ὑπόθεσις apponenda est:

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα ἴσμεν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ Οἰδίποδι. πεπήρωται γὰρ καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικὴν ὁδηγούμενος ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης. καὶ ἔστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν σεμνῶν [Ἐρινύων], ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν ἱππίου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται· ἔστι γὰρ αὐτῷ πυθόχρηστον ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν· οὗ μή ἐστιν ἑτέρῳ βεβήλῳ τόπος, αὐτόθι κάθηται· καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ προσκάθηται. καὶ ἔρχονται οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐν χοροῦ σχήματι, μαθησόμενοι τὰ πάντα. πρῶτος οὖν ἐστι καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν καὶ τῇ θυγατρὶ διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ σχεδόν.

His quae in editis nunc adhaeserunt: Ἡ [μὲν addit *A*] σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐν τῷ ἱππίῳ [Κολωνῷ] πρὸς τῷ ναῷ τῶν σεμνῶν· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν· προλογίζει Οἰδίπους — haec igitur ab editoribus temere loco suo mota in *A* primi argumenti finem faciunt. Recte: haec enim Aristophaneam formulam referunt eique grammatico vindico infra. Eiusdem indolem videor mihi agnoscere in docta ubertate testimoniorum tertii argumenti: quanquam illam ne a Salustio quidem abhorrere fidem facit argumentum Antigonae.

Nunc quo intentiore cura in Aristophanea incumbamus, profligabimus primum Pythagoreum scilicet illum Salustium, docto orbi ignotum. Nam frustra quaesiverunt eruditi homines, qui quidem quaesiverunt: nam neque Jul. Richterus neque A. Nauckius ignobilem hominem in ordinem τῶν ὑποθεσιογράφων rettulerunt, ne Welckerus quidem mentione dignatus est. Unus, quod sciam, Bothius Romanum hominem huc arcessivit, quem Empedoclea scripsisse ex Cicerone discimus, qui in Epist. ad Q. Fratr. II, 11 cum Lucretio componit.

Quod inventum equidem non invidebo si cui plausibile erit. Nobis Pythagoricae disciplinae sectatorem vacavisse conscribendis argumentis dramatum miraculi instar videtur. Nimirum patientius tulimus Pythagoreum librarii Parisini. Laurentianus liber, qui arg. Ant. simplici nomine Σαλουστίου exornat, in Oed. Col. Σαλουστίου ἢ πυθαγόρα ἄλλως praebet: ita enim Bandinium ligaturam recte interpretatum esse arguit accentus in voc. πυθαγόρ... appictus. Minus recte idem Σαλ. ὑπόθεσις, Πυθαγόρα ἄλλως distinxit, quasi librarius inter Salustium et Pythagoran fluctuasset. Quid quaeris? Pythagoreum librarius Parisinus, fortasse ipse Thomas Magister, exsculpsit ex corrupta scriptura libri Laurentiani, cuius conatum vel positura vocis in codice reprimit. Illa autem scriptura quam originem habuerit videor mihi assecutus esse. Etenim vocabulum ὑπόθεσις compendio eo exaratum (ἢ) quo Pythagorae nomen significari videretur, fraudi fuit librario, ut adderet quod sibi visus est videre nomen ipsum, cum deberet scribere: Σαλουστίου ὑπόθεσις, ἄλλως. Quisquis autem Salustium fecit Pythagoreum, si modo cogitavit, de Salustio illo Cynicorum rationem imitato cogitasse videtur, Procli discipulo, a litteris non prorsus averso, eo, cuius extat libellus de diis et mundo. Utut est, mihi Salustius hypothesiographus non diversus videtur ab eo, cuius Suidas meminit: Σαλούστιος σοφιστὴς ἔγραψεν εἰς Δημοσθένην καὶ Ἡρόδοτον ὑπόμνημα. καὶ ἄλλα. In quibus ἄλλοις fuisse ὑποθέσεις dramatum Sophocleorum non abhorret a probabilitate. Paucis hunc Salustium attingit T. Hemsterhusius ad Scholl. Plut. 726 et qui Tiberii aetate vixisse ponit M. H. E. Meierus praef. Demosth. Mid. p. XVI. Quid antem in argumentis conscribendis potissimum secutus sit, aliqua ex parte, si utriusque argumenti habitum comparaveris, informare licebit. Etenim primarias partes tragoediae concise enarrat, deinde discrepantias fabularum ex antiquioribus poetis sedulo videtur conquisivisse, postremo iudicium de virtutibus dramatum interponit: sic in Ant. τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους, in O. C. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ σχεδόν. Sed ut non est credibile, Salustium in Ant. et O. C. substitisse, qui operae suae in enarrando argumento prioris Oedipi positae meminisse videtur a principio arg. O. C. ipse, ita ex anonymis argumentis ne unum quidem iis notis est, quibus auctorem tuto agnoscas, insignitum.

2. Misso igitur Salustio redeamus ad Aristophanem Byzantium, cuius nomine quae signata extant argumenta perlustranda singula sunt. Quorum illud, quod est Medeae Euripideae, pristinam speciem videtur sincerissimam conservavisse. Etenim argumentum prius, quod et fabulam enarrat et de famae varietate Salustiano more erudite disserit, virtutes denique vitiaque tragoediae libere persequitur, excipit alterum hoc Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ.

Μήδεια διὰ τὴν πρὸς Ἰάσονα ἔχθραν τῷ ἐκεῖνον γεγαμηκέναι Γλαύκην τὴν Κρέοντος θυγατέρα ἀπέκτεινε μὲν Γλαύκην καὶ Κρέοντα καὶ τοὺς ἰδίους υἱούς, ἐχωρίσθη δὲ Ἰάσονος Αἰγεῖ συνοικήσουσα. Παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Κορίνθῳ, ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν πολιτίδων, προλογίζει δὲ τροφὸς Μηδείας. ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς ἑβδόμης ἔτει πρώτῳ. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι. οὐ σώζεται. (Cfr. Matthiae T. VI, p. 423 sq. Vulgo editur κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. Restitui scripturam accuratiorem, quacum cfr. argum. Aesch. Agam. et Eurip. Hippolyti, ducibus libris Hafn. et Romano.)

Longe minus integrum ad nostram aetatem proditum est argumentum Baccharum, quod olim anonymum nunc Palatini codicis testimonio inscribitur Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ:

Διόνυσος ἀποθεωθεὶς μὴ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφὰς ἠνάγκασε Πενθέα διασπάσαι. Ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ.

Cum hac tenuitate similitudinem habet argumentum Eumenidum Aeschyli, quod nuper admodum auctoris sui, cuius certum indicium praebent vel ultima verba, nomen recepit ex fide membranarum Laurentianarum per Io. Franzium. Quanquam in Bandinii catalogo nomen dudum prostabat. Sed ne nunc quidem Nauckius in ordinem reliquorum ascivit, quem utrumque testimonium fugisset.

Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις.

Ὀρέστης ἐν Δελφοῖς περιεχόμενος ὑπὸ τῶν Ἐρινύων βουλῇ Ἀπόλλωνος παρεγένετο εἰς Ἀθήνας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς· ἧς βουλῇ νικήσας κατῆλθεν εἰς Ἄργος. τὰς δὲ Ἐρινύας πραΰνασα προσηγόρευσεν Εὐμενίδας. παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία.

Praeter haec, quod norim, Aristophanis nomen nullum argumentum gerit. Verum ubi reputaveris, quam sit exigua in parte horum ipsorum memoria vetustatis et obnoxia casui, cuius rei Eumenidum maxime et Baccharum argumenta exemplo sunt, singulorum singula librorum beneficio ad parentem suum relata, facile suspicaberis, soli librariorum incuriae deberi, quod aliarum fabularum argumenta indice fontis sui hodie destituta sunt. Et fortasse ne desunt quidem penitus vestigia veri, modo codices Euripidis potissimum vetustiores ex tenebris eruantur. Quid quod vel nunc memorabilis quaedam notitia suspicionem illam confirmat? Nam teste Cobeto scholia Troadum in cod. Neapolitano hunc habent titulum: *Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ σχόλια εἰς τὸ δρᾶμα τῶν τοῦ Εὐριπίδου Τρωάδων*, v. post Geelii Phoeniss. p. 301. De quo titulo Nauckius p. 63: „Nisi omnis iste titulus Aristotelis splendorem mentitur, coniicias cum editore, subesse illis in scholiis reliquias commentariorum Aristophanis, quibus deinde aliunde alia sint intermixta.“ Similiter F. Osannus Anecd. Rom. p. 98 arbitratur. Mihi vero titulus ipse ignorantiam librarii, qui scholiastis scilicet accenseat magistrum Alexandrinum, manifesto loqui videtur. Nempe etiamsi Euripidem recensuisse et annotavisse Aristophanem compertum est, illa quidem notatio in fronte fabulae antiquitus ad unam hypothesin pertinuisse videtur. Tametsi qualis nunc illa fertur, vix umbram ingenui coloris ostendit, quae ultra enarrationem fabulae non excurrat. Ceterum fortasse similis error in fronte Oed. Regis effecit, ut metrica hypothesis nomine Aristophanis decoraretur, cum debuerit argumentum pedestri oratione scriptum. Simile quid accidisse cum alias tum in argumentis fabularum Aristophanearum infra coniicio.

Opportune autem cecidit, ut in hac testimoniorum paucitate trium tamen principum poetarum singula argumenta verum nomen auctoris sui conservaverint. Unde hoc certe consequitur, Aristophanem operam illam suam non in uno alterove horum poetarum consumpsisse. Immo vel formula illa *παρ' οὐδετέρῳ κεῖται* evincit, *τοὺς τρεῖς τραγῳδοποιούς*, intra quorum fines se fere Aristoteliorum discipulorum et qui eos aemulabantur Alexandrinorum grammaticorum studia continebant, complexum esse omnes. Nunc cum comparatis inter se his argumentis Aristophanei moris proprietatem perspexerimus, vindicare et

alia eidem, quae nomine carent, poterimus. Veteres enim in eiusmodi rebus certae se cuidam normae constantique rationi solebant astringere.

Convenit igitur aut quattuor illis argumentis Aristophaneis aut singulis praecipue in his, ut

1. auctor summam rerum, quae sunt in fabula, paucis complectatur, oratione usus membratim concisa; ut

2. annotet, solusne poeta argumentum in scenam attulerit, an vel reliqui duo pariter vel alteruter eorum: *κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία καὶ παρὰ τῷ δεῖνα* vel *παρ' οὐδετέρῳ κεῖται* ex formula dicitur. In Antigona discrepantiam fabulae Euripideae addit: idem fecisse alias consentaneum est, v. ad arg. Philoctetae et Persarum.

3. Locum actionis, compositionem chori, personam prologi nominat, in quo negotio hac uti solet norma: *ἡ μὲν σκηνὴ ὑπόκειται ....., ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ....., προλογίζει δὲ ....* Etiam indices personarum concinnavisse Aristophanem valde probabile est.

4. Apponit didascalica, quando primum docta sit fabula, quo archonte, qua Olympiade; quae una in certamen delatae sint aliorum poetarum fabulae, quo eventu certatum sit, sed ut ultra *τὰ τρίτα* non progrediatur. Haec didascalica argumentum Medeae reliquis integriora offert. Quanquam ne illud quidem temporum iniquitates effugere potuit. Nam Aristophanes vix dubitari potest, quin et festum, quo data fabula fuit, et actorem primarum, ut in Terentii fabulis factum est, choregum denique — qui semel nunc in Aeschyli Agamemnone, semel in Euripidis Alcestide comparet — perscripserit, v. Boeckh. Corp. Inscrr. I, 351[a].

5. Postremo, si quidem ex Antigonae argumento coniecturam capere licet — id quod licere infra comprobabitur —, quota quaeque poetae fabula in numero operum esset indicavit. Idem factum novimus in didascaliis Romanarum fabularum ad exemplum Graecorum confectis, in quibus sedulo annotabatur, quem locum in operibus poetarum ex ordine temporis compositis singulae fabulae sortitae essent, quorsum pertinet illud *facta est* ....., v. Ritschelii Parerg. I, 263. Eoque minus credibile est, numeros illos in Antigona et Alcestide servatos solis alio spectare quam ad notationem temporis, de quo qui verissime post Casaubonum statuit A. Boeckhius de Antig. p. 120 aliorum

errores verbo confutavit. Quod autem Iul. Richterus de Aesch. Soph. Eur. interprett. graec. p. 68 eumque secuti alii numerum ad Lycurgeum illud exemplum tragicorum poetarum, quod ab Aristophane in usum vocatum sit, referri arbitratur, cum id ordinem fabularum ab antiquioribus scilicet grammaticis constitutum tenuisset: quid sibi velit non exputo. Non video enim quid interfuerit Aristophanis ordinem fabularum accurate perscribere, nisi ad definiendam aetatem fabularum attineret. In aliam partem aberravit F. G. Wagnerus Poett. Trag. Fragmm. I, p. 172, cum Antigonam drama tricesimum alterum „in vetusto codice Alexandrino, quo Aristophanes usus est" fuisse pronunciat. Qui cum pergit, *similiter* in schol. Orest. 1481 Phoenissas *tertiam* fabulam dici, ac sane tertium locum eam etiam nunc in codicibus et editionibus nostris obtinere, temere commiscet, id quod etiam O. Iahnio accidisse video Mus. Rhen. Nov. III, p. 140, quae sunt diversissima. Ille enim numerus est Byzantinae aetatis, quae selectas quasdam fabulas scenicorum poetarum ἔπραττεν, ut accurate demonstravit Welckerus Trag. Graec. I, p. 84. Ceterum nuper paucis significavi in Introd. Aiac. edit. alt. p. 29, fabulas Sophocleas in codicibus Laur. et Parisino ex ordine temporum esse dispositas: addiderim, illum ordinem non a posterioribus grammaticis novatum, sed a vetustioribus traditum duravisse.

Ut illuc redeamus, praeter argumentorum partes illas numero quinque, quae fere certae fixaeque fuisse videntur, non negaverim, Aristophanem etiam aliis notitiis scitu dignis ex re locum concessisse. Ita fortasse iudicia de praestantia fabularum appinxit, sed ea perbrevia, opinor, et cum memoria rerum coniuncta, veluti illud de Antigona: φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. Nec dedecent Aristophanem quae in argumentis Euripideis et Aristophaneis de virtutibus carminum breviter et prudenter admonentur, v. quae infra ad arg. Hippolyti annotamus.

Hoc pariter atque superiora quo iure statuamus documento Lucianus esse potest, qui Ocypodi ipse suo praefixit hypothesin ad celebratissimas Aristophanis hypotheses, ut opinor, per iocum assimilatam. En ipsam: Ὠκύπους Ποδαλειρίου καὶ Ἀστασίας υἱὸς ἐγένετο κάλλει καὶ δυνάμει διαφέρων, γυμνασίων τε καὶ κυνηγεσίων μὴ ἀμελῶν, πολλάκις δὲ θεωρῶν

τοὺς ἐχομένους ὑπὸ τῆς ἀτέγκτου Ποδάγρας κατεγέλα φάσκων μηδὲν ὅλως εἶναι τὸ πάθος. ἡ θεὸς τοίνυν ἀγανακτεῖ καὶ διὰ ποδῶν εἰστρέχει. τοῦ δ' εὐτόνως φέροντος καὶ ἀρνουμένου ὕπτιον ὅλως τίθησιν ἡ θεός.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων ποδαγρῶν συνελεγχόντων τὸν Ὠκύπουν· τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πάνυ ἀστείων. τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα Ποδάγρα Ὠκύπους Τροφεύς Ἰατρός Πόνος Ἄγγελος. προλογίζει δὲ ἡ Ποδάγρα.

Denique animum advertamus oportet quod est in arg. Ant. post expositas partes fabulae notationemque scenae: τὸ δὲ κεφάλαιον ἐστὶ τάφος Πολυνείκους καὶ Ἀντιγόνης ἀναίρεσις καὶ μόρος Εὐρυδίκης τῆς Αἵμονος μητρός. Nam cum paene eadem recurrant in arg. Oed. Reg., Aeschyli Prom., Sept., Perss. — nisi quod in Sept. et Persis non τὸ κεφάλαιον, sed, quod eodem redit, ἡ ὑπόθεσις legitur —, quae aliunde docentur ab Aristophane fluxisse, in promptu est suspicari, grammaticum praeter continuitatem actionis casus primarios seorsum enumeravisse. Cuiusmodi κεφάλαια tragoediarum iam ante Aristophanem composuerat, si non fallit opinio, Heraclides Ponticus. Ad eum enim spectare haec Antiphanis ἐν Καρσίν Ath. IV, 134 B (Meinek. Com. Gr. III, p. 59) speciosa coniectura est Ad. Trendelenburgii:

Οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; οὐδ' αἰσχύνεται,
ὁ τὸν Ἡράκλειτον πᾶσιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ.

Sententiam ultimorum verborum Casaubonus hanc esse volebat: *qui Euripidi fabulam componere aggressuro summa capita describit et primam faciem tragoediae delineat.* Quae sententia a Meinekio probata nunc prorsus repudianda est, ex quo Trendelenburgius a Meinekio consultus de Heraclide Pontico sermonem esse perspexit. Is autem cum teste Diog. Laert. V, 87 περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ ά β' γ' et περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν ά scripsit, in prioribus commentariis τὰ κεφάλαια tragoediarum adumbravisse videtur, prorsus ut Dicaearchus Messenius ὑποθέσεις dramatum edidit, de quo dicemus infra. Verum, ut verba Antiphanis hanc interpretatio-

nem patiantur, Εὐριπίδου reponendum erit. Ceterum fallitur G. Bernhardy, cum Hist. Litt. Gr. I, p. 76 ed. alt. Antiphani chrestomathiae poeticae iuventutis usui destinatae auctorem obversari putat. Quanquam non ignoro, οὐ μόνον τα Αἰσώπου μυθάρια ἀλλὰ καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις διέρχεσθαι τοὺς σφόδρα νέους testari Plutarchum de aud. poet. p. 14 E, h. e. *breves ac perspicuas narrationes fabulae, quae in poemate latius fusiusque exposita est,* Wyttenbachii verba sunt p. 117 ed. Lips. Sed profecto neque Aristophanes neque Heraclides et Dicaearchus ii erant, qui puerorum usibus prospectum irent.

3. Ab nativa illa specie, quam hypothesium integrarum olim fuisse dicebamus, aliquantum distant quae aetatem tulerunt argumenta ad unum omnia, sed ut vel pro arbitrio fortunae vel pro librariorum lubidine quaedam propius absint a forma pristina, quaedam longiuscule. Minime didascalicis pepercerunt saecula, saepissime illa κεῖται ἡ μυθοποιία et ἡ μὲν σκηνή rell. apparent, quibus nos hercle minus aegre careremus. Universe aestimanti singularem quandam fati iniquitatem passae sunt didascaliae cum Graecorum tum Romanorum poetarum. Nos nunc quaecunque certo aliquo signo Aristophaneam originem prodere videntur, percensebimus.

1. *Aeschyli Promethei arg. prius.*

Προμηθέως ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένου διὰ τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ πυνθάνεται Ἰὼ πλανωμένη ὅτι κατ' Αἴγυπτον γενομένη ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξεται τὸν Ἔπαφον. Ἑρμῆς δὲ παράγεται ἀπειλῶν αὐτῷ κεραυνωθήσεσθαι, ἐὰν μὴ εἴπῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τῷ Διί. προέλεγε γὰρ ὁ Προμηθεὺς ὡς ἐξωσθήσεται ὁ Ζεὺς τῆς ἀρχῆς ὑπό τινος οἰκείου υἱοῦ. τέλος δὲ βροντῆς γενομένης ἀφανὺς ὁ Προμηθεὺς γίνεται.

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κολχίσι, παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται. Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ ἐπὶ τὸ Καυκάσιον ὄρος· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ὠκεανίδων νυμφῶν. τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτοῦ ἐστι Προμηθέως δέσις.

Haec omnia Aristophanea. Excidit autem post νυμφῶν illud: προλογίζει δὲ .... De κεφαλαίῳ paullo ante diximus.

2. *Septem contra Thebas.*

In locum enarrationis fabulae suffecta novicia est eaque loquacitate magi-

stellorum Byzantinorum, qui hanc fabulam in paucis tractabant, insignis. Aristophanis haec sunt quae extant in fine prioris hypothesis:

Ἡ μὲν [οὖν] σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Θήβαις ὑπόκειται· ὁ δὲ χορὸς ἐκ Θηβαίων ἐστὶ (expectes συνέστηκε) παρθένων. (Quod h. l. desideratur προλογίζει δὲ Ἐτεοκλῆς, id nunc alienum locum occupavit in fine.) ἡ δὲ ὑπόθεσις στρατιὰ Ἀργείων πολιορκοῦσα Θηβαίους, τοὺς καὶ νικήσαντας, καὶ θάνατος Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους. (Alias non ἡ ὑπόθεσις, sed τὸ κεφάλαιον dici vidimus supra.)

Ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγενίδου ὀλυμπιάδι οή. ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ. δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Ταντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός. τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργείᾳ τετραλογίᾳ.

(ἐπιγέγραπται δὲ [ὑπόθεσις τῶν] ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, διὰ τὸ ἑπτὰ στρατηγοὺς φυλάσσειν τὰς πύλας τῶν Θηβῶν. εἰσὶ δὲ αὗται αἱ Θῆβαι ἑπτάπυλοι, αἱ δὲ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ οὖσαι ἑκατοντάπυλοι.)

Προλογίζει δὲ Ἐτεοκλῆς, (παρασκευάζων τὸν τῶν Θηβαίων δῆμον εἰς φρουρὰν τῆς πόλεως.)

Quae uncis inclusi, abhorrent ab Aristophane. Ceterum consentaneum est statuere, antiquitus didascaliam Laio, quod primum fuit Oedipodiae drama, praemissam ab iis demum tertio dramati praefixam esse, qui hunc Aeschyliarum fabularum delectum instituerunt.

3. *Persarum.*

Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησι Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιῆσθαι. ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην.

Τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων. πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχός ἐστιν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἧτταν, στορνύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις. ἐνταῦθα δὲ προλογίζει χορὸς πρεσβυτῶν. (Haec prorsus eundem habent colorem atque ea, quae de diversitate Antigonae Euripideae in arg. Sophocleae dicuntur: πλὴν ἐκεῖ ....., quibuscum cfr. infra arg. Philoctetae.)

[καὶ ἔστιν] ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος παρὰ τῷ τάφῳ Δαρείου, ἡ δὲ ὑπόθεσις Ξέρξης στρατευσάμενος κατὰ τῆς Ἑλλάδος. καὶ πεζῇ μὲν

ἐν Πλαταιαῖς νικηθείς, ναυτικῇ δὲ ἐν Σαλαμῖνι καὶ διὰ Θεσσαλίας φεύγων διεπεραιώθη εἰς τὴν Ἀσίαν. (Quae sequuntur nec Aristophanem sapiunt et absunt a Laurentiano.)

ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ, Προμηθεῖ.

Desunt suo loco ὁ δὲ χορὸς ...., προλογίζει δὲ ...., quippe per rei opportunitatem praecepta prius. Quod autem in didascalicis — quae olim in fronte Phinei lecta fuisse credibile est — post v. Γλαύκῳ vulgo infertur Ποτνιεῖ, non extat in Laurentiano. Quod si vel cognitum habuissent vel reputavissent adversarii Welckeri, *Pontium* Glaucum intelligentis, fortasse minus confidenter praestantissimi viri sententiam, quae verissima est, impugnaturi erant.

4. *Agamemnonis.*

Ἀγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα, ἵνα τηροίη τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν, αὐτὴ δὲ τὸν τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες παιανίζουσι· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος παραγίνεται καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγεῖται. Ἀγαμέμνων δ' ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται. εἵπετο δὲ αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος θάνατον καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν. ἰδίως δὲ Αἰσχύλος τὸν Ἀγαμέμνονα ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ. τὸν δὲ Κασάνδρας σιωπήσας θάνατον νεκρὰν αὐτὴν ὑπέδειξε. πεποίηκέ τε Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν ἑκάτερον διισχυριζόμενον περὶ τῆς ἀναιρέσεως, ἑνὶ κεφαλαίῳ, τὴν μὲν τῇ ἀναιρέσει Ἰφιγενείας, τὸν δὲ ταῖς τοῦ πατρὸς Θυέστου ἐξ Ἀτρέως συμφοραῖς.

Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

Προλογίζει δὲ ὁ φύλαξ, θεράπων Ἀγαμέμνονος.

Haec licet paullo verbosiora sint, tamen totum argumentum Aristophanis esse aio, cui vel longe sterilius argumentum Eumenidum vindicatur. Cum autem enarrationi fabulae ipsi commode interposuisset ἐξ ὧν (πρεσβυτῶν) καὶ ὁ χορὸς συνίσταται, poterat infra supersedere iis quae alias habet: ἡ μὲν σκηνὴ ...., ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν.... Illis igitur occupatis prologi personam solam in fine supplevit, prorsus ut in arg. Septem factum est. Quorsum autem θεράπων Ἀγαμέμνονος adiecerit, illustratur libro Laurentiano, in cuius indice personarum infra nomen Agamemnonis scriptum est: Θεράπων Ἀγαμέμνονος ὁ προλογιζόμενος, οὐχὶ ὁ ὑπὸ Αἰγίσθου ταχθείς. Spectabant haec eo, ut Aeschylus ab Homerica narratione discessisse intelligeretur. In Odyssea enim Aegisthus custodem suum sibi conducit, h. l. οἰκότριψ δοῦλος Atridarum ἀέκοντι θυμῷ munere speculatoris fungitur.

Ceterum mirum est, in Laurentiano argumentum deesse, hodie quidem. Nam cum extet in Wolfenbuttelano codice saec. XV ex Laurentiano descripto, post illud tempus casu videtur perisse. Librarium enim Wolfenbuttelanum ex alterius classis codice supplevisse non credo: extat enim in libris Triclinianis. Similiter et personarum index et hypothesis Aiacis hodie in Laurentiano frustra quaeruntur: utrumque habet codex abbatiae Florentinae Γ, qui ex Laurentiano ductus est.

Cum Choephororum atque Supplicum hypotheses interciderint, transitus ad Sophoclea dramata fieri potest. Et *Aiacis* quidem argumentum, doctum sane atque rerum ubertate excellens, nuper fuit qui Aristophanem auctorem habere iaceret. Credo, doctrinae exquisitae specie illectus ita statuit; quae fallax est, cum ne a Salustio quidem aliena sit. Aristophaneum ego morem desidero, quem una haec lacinia refert: ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν τῷ ναυστάθμῳ πρὸς τῇ σκηνῇ τοῦ Αἴαντος, sed ea quoque mutila. Nam quod continuo sequitur comma: δαιμονίως δὲ εἰσφέρει προλογίζουσαν τὴν Ἀθηνᾶν..., ita comparatum est, ut, quod nos sciamus, nihil habeat cum Aristophane commune. Porro etiamsi et illa ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ... abesse posse concedimus, quippe in superioribus non praetermissa (παραγίνεται δὲ χορὸς Σαλαμινίων ναυτῶν), et doctrinam argumenti cadere in Aristophanem

damus, tamen cum certa signa originis non compareant, a quo venerit argumentum ab interpolatoribus dilatatum in medio relinquamus.

5. *Electrae.*

Ὑπόκειται ὧδε· τροφεὺς δεικνὺς Ὀρέστῃ τὰ ἐν Ἄργει· μικρὸν γὰρ αὐτὸν ὄντα κλέψασα ἡ Ἠλέκτρα, ἡνίκα ὁ πατὴρ ἐσφάζετο, δέδωκε τῷ τροφεῖ, δείσασα μὴ καὶ αὐτὸν κτείνωσιν. ὁ δὲ ὑπεξέθετο αὐτὸν εἰς Φωκίδα πρὸς τὸν Στρόφιον· νῦν δὲ μετ' εἴκοσιν ἔτη ἐπανιὼν σὺν αὐτῷ πρὸς τὸ Ἄργος δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐν Ἄργει.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων παρθένων. προλογίζει δὲ ὁ παιδαγωγὸς Ὀρέστου.

Ea potissimum, quae in fine sunt, auctorem suum redolent: reliqua in hanc tenuitatem culpa excerptorum abisse eo magis dolendum, quo minus aliunde de tempore primum doctae Electrae constat. Ut autem perspiciatur, quam male vel in Laurentiano habita argumenta Aristophanis sint, afferam scripturam huius libri, quacum fere conspirat codex Γ Dindorfii. Ille igitur haec: δέδωκε τῷ τροφεῖ φοβουμένη μὴ καὶ αὐτὸν φονεύσωσι σὺν τῷ πατρί. Τροφεύς ἐστι ὁ προλογίζων πρεσβύτης παιδαγωγὸς ὁ ὑποκείμενος καὶ ὑπεκθέμενος τὸν Ὀρέστην εἰς τὴν Φωκίδα πρὸς Στρόφιον, καὶ ὑποδεικνὺς αὐτῷ τὰ ἐν Ἄργει· μικρὸν γὰρ αὐτὸν κλέψας ἐκ τοῦ Ἄργους ὁ παιδαγωγὸς ἔφυγεν καὶ διὰ εἴκοσι ἐτῶν ἐπανελθὼν εἰς τὸ Ἄργος δὲ (expunctum est) μετ' αὐτοῦ δείκνυσιν αὐτῷ τὰ ἐν Ἄργει. Satis apparet, duo argumenta verbis paullum variata, re eadem temere contaminavisse librarium. Cum Aldo consentit *B*: librarius Γ cum archetypi sui temeritatem vitare vellet, non illepide καὶ ἄλλως ante voc. Τροφεύς ἐστι de suo interposuit. Idem cum apertum vitium Laurentiani in seqq. verbis: ὁ ὑποκείμενος καὶ ὑπεκθέμενος τὸν Ὀρέστην ... ita tollere conatus sit, ut ὁ παιδαγωγὸς ὑποκείμενος τὸν Ὀρέστην scriberet, abiecit quod sanum erat. Tu ὑποκείμενος καὶ deleto: nam priore vocabulo exarato librarius sentiens peccatum superaddidit καὶ ὑπεκθέμενος: id enim interpretatus erat perverse ὑποκείμενος.

6. *Philoctetae.*

Ἀπαγωγὴ Φιλοκτήτου ἐκ Λήμνου εἰς Τροίαν ὑπὸ Νεοπτολέμου καὶ Ὀδυσσέως καθ' Ἑλένου μαντείαν, ὃς κατὰ μαντείαν Κάλχαντος, ὡς

εἰδὼς χρησμοὺς συντελοῦντας πρὸς τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, ὑπὸ Ὀδυσσέως νύκτωρ ἐνεδρευθεὶς δέσμιος ἤχθη τοῖς Ἕλλησιν.

Ἡ δὲ (μὲν) σκηνὴ ἐν Λήμνῳ, ὁ δὲ χορὸς [*συνέστηκεν* excidit] *ἐκ γερόντων τῶν τῷ Νεοπτολέμῳ συμπλεόντων·* [excidit *προλογίζει δὲ Ὀδυσσεύς.*] *κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἡ μυθοποιία. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς. . . .*

Ab initio argumenti valde decurtati supple *τὸ κεφάλαιον* sive *ἡ ὑπόθεσις*: reliqua enim interciderunt. Permirum autem videri debet, quod solius Aeschyliae Philoctetae grammaticus mentionem fecerit in tanta celebritate fabulae a tribus poetis certatim elaboratae. Videlicet librariorum ista culpa est. Nam cum Laur. *κεῖται ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ*, non *κεῖται δὲ καὶ παρὰ Αἰσχ.* offerat, haud difficile est ad intelligendum, dedisse auctorem fere *κεῖται* [*δὲ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ,*] *ὡς καὶ παρὰ Αἰσχύλῳ.* Cui suspicioni confirmandae praesto est argumentum ex codice Flor. Γ plenius editum a Dindorfio in edit. Soph. a. 1825 p. XLVII, ex quo simul recuperare illud licet, quod supra significabam excidisse *προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς*, quod indicem personarum etiam in edd. vett. subsequitur. Ille igitur codex post indicem personarum ita pergit: *καὶ παρὰ τούτῳ προλογίζει καθάπερ καὶ Εὐριπίδης πάντα. ἐκεῖνος μὲν διαφέρει, ὅτι ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ παρατίθησιν* (leg. *περιτίθησιν*). *οὗτος δὲ τῷ Νεοπτολέμῳ παρεισάγει. διὰ τούτου οἰκονομεῖται Σοφοκλέους Φιλοκτήτης. προλογίζει ὁ Ὀδυσσεύς.* Quae verba male a librario mulcata quam sententiam habeant non est obscurum. Observaverat Aristophanes, et apud Aeschylum et apud Euripidem unum Ulixen prologum agere: cum illis autem Sophoclem discrepare eo, quod *τῷ Ὀδυσσεῖ Νεοπτόλεμον παρεισάγει.* Hanc esse oeconomiam dramatis Sophoclei peculiarem.

7. *Oedipi Regis*

ὑπόθεσις ἔμμετρος in libris tribuitur Aristophani grammatico. Ea ex fide optimorum codicum ita scribenda est:

Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος
πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,
ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,
ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.

εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς
ἄκων ἔπεφνε Λάϊον γεννήτορα.
Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος
ἤσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.
λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε καὶ νόσος μακρά.
Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,
ὅπως πύθηται τοῦ κακοῦ παυστήριον,
ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα,
τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.
ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας
δισσαῖσι χερσὶν ἐξανάλωσεν κόρας,
αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο.

Haec atque talia lusisse Aristophanem credat qui volet. Mihi nomen grammatici, quod argumento pedestri sermone composito praefigendum fuerat, alienum videtur in locum traiectum esse. Et plane similis ὑπόθεσις ἔμμετρος Philoctetae sine nomine Aristophanis fertur: argumentum prosarium illius esse vidimus. Confidenter contra argumentum illud, quod est apud Dindorfium tertium, Ἄλλως inscriptum, Aristophane dignum esse statuo:

Ὁ τύραννος Οἰδίπους πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐν τῷ Κολωνῷ ἐπιγέγραπται· τὸ κεφάλαιον δὲ τοῦ δράματος γνῶσις τῶν ἰδίων κακῶν Οἰδίποδος, πήρωσίς τε τῶν ὀφθαλμῶν καὶ δι' ἀγχόνης θάνατος Ἰοκάστης.

Sed argumentum prius copiis eruditionis non de medio sumptae conspicuum non audeo ad Aristophanem referre. Nam ne Salustio quidem indignum est.

De Oedipi Colonei argumento supra dictum est. Iam quoniam Trachiniae argumento carent, deinceps perlustrabimus Euripidea dramata.

8. *Euripidis Hippolyti.*

Enarratio argumenti uberior quam pro Aristophane. Sed didascalica, quae exstant in fine ex Arsenii codicibus hausta non alium habent auctorem:

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Τροιζῆνι κεῖται. ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ ἔτει τετάρτῳ (scr. Ὀλυμπιάδος πζ' ἔτει τετάρτῳ coll. Ritschelii cod. Vatic. Parerg. I, p. 323.). πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος δεύτερος, καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται γὰρ ὕστερον

γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.

Quod τὸν Στεφανίαν a priore Hippolyto distinguit, idem fecit in O. R. Nec is sum, qui indicium illud τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων in Aristophanem cadere negem, cum et alia argumenta Euripidea (cfr. Alcest. Andromach.) et Aristophanea gemellas observationes ostendant. Et recordare Lucianei Ocypodis, de quo superius diximus. Ceterum ab initio intercepta sunt illa ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ....., sed προλογίζει δὲ ἡ Ἀφροδίτη conservatum est in indice personarum.

9. *Alcestidis.*

Aristophaneum haud dubie argumentum Romanum a Cobeto editum post Geelii Phoen. p. 273:

Ἄλκηστις ἡ Πελίου θυγάτηρ ὑπομείνασα ὑπὲρ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς τελευτῆσαι Ἡρακλέους ἐπιδημήσαντος ἐν τῇ Θετταλίᾳ διασώζεται βιασαμένου τοὺς χθονίους θεοὺς καὶ ἀφελομένου τὴν γυναῖκα.

Παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία. τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ιζ̄. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος τὸ λ̄. (h. e. Ὀλυμπιάδος ... ἔτει ...) πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Φεραῖς [μιᾷ πόλει] τῆς Θεσσαλίας· συνέστηκε δὲ ὁ χορὸς ἔκ τινων πρεσβυτῶν ἐντοπίων, οἳ καὶ παραγίνονται συμπαθήσοντες ταῖς Ἀλκήστιδος συμφοραῖς. προλογίζει ὁ Ἀπόλλων. εἰσιδ' ἐχορηγοὶ (cod. Havn. εἰσὶ δὲ χορηγοὶ cum quattuor circiter litterarum lacuna), h. e. non Ἰσίδοτος ἐχορήγει, ut G. Dindorfio placuit; nam nomina ab Iside repetita posteriore demum aetate provenerunt; sed, ut aliquod nomen ponatur, Ἰσίας, Ἰσίων simm. ἐχορήγει, quae sunt παρώνυμα nominis Ἴσος, de quo alicubi admonuit A. Meinekius.

Haec, etiamsi ordo enunciatorum aliqua ex parte perturbatus est, loquuntur auctorem suum. Sed quae in codice germanis verbis assuta sunt — τὸ δὲ δρᾶμά ἐστι σατυρικώτερον .... μᾶλλον κωμῳδίας ἐχόμενα — librarius aliunde mutuatus est. Ceterum de scriptura codicis Romani in quibusdam aliter testatur Cobetus, aliter Fr. Ritschelius Parerg. I, p. 323. Cfr. de illis τὸ δρᾶμα ἐποιήθη Welcker. Trag. II, p. 450.

10. *Supplicum.*

** ἡ μὲν σκηνὴ ἐν Ἐλευσῖνι· ὁ δὲ χορὸς [συνέστηκεν] ἐξ Ἀργείων γυναικῶν, αἳ μητέρες ἦσαν τῶν ἐν Θήβαις πεπτωκότων ἀριστέων. τὸ δὲ δρᾶμα ἐγκώμιον Ἀθηνῶν.

11. *Rhesi.*

Ῥῆσος παῖς μὲν ἦν Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ καὶ Τερψιχόρης, Μοισῶν μιᾶς, Θρᾳκῶν δὲ ἡγούμενος εἰς Ἴλιον παραγίγνεται νυκτός, στρατευομένων Τρώων παρὰ ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων. τοῦτον Ὀδυσσεὺς καὶ Διομήδης κατάσκοποι ὄντες ἀναιροῦσιν, Ἀθηνᾶς αὐτοῖς ὑποθεμένης ὡς μέγαν ἐσόμενον τοῖς Ἕλλησι κίνδυνον ἐκ τούτου. Τερψιχόρη δὲ ἐπιφανεῖσα τὸ τοῦ παιδὸς σῶμα ἀνείλετο. ὡς ἐν παρόδῳ δὲ διαλαμβάνει καὶ περὶ τοῦ φόνου τοῦ Δόλωνος.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Τροίᾳ· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ φυλάκων Τρωικῶν, οἳ καὶ προλογίζουσι· περιέχει δὲ νυκτεγερσίαν.

Τὸ δὲ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου. τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει χαρακτῆρα· ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἐπιγέγραπται (ἀναγέγραπται recte cod. Havniensis), καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ.

Πρόλογοι δὲ διττοὶ φέρονται· ὁ γοῦν Δικαίαρχος ἐκτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως·

Νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος. ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος, πεζὸς πάνυ καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ: καὶ τάχα ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν· ἔχει δὲ οὕτως κτλ.

In his licet insint qualia a more Aristophaneo, quem vulgo tenet, abludant, tamen non audeo damnare in caussa singulari. Illud certe non distat a probabilitate, Aristophanem ex Dicaearchi copiis profecisse. Postremo ut hoc moneam, vv. περιέχει δὲ νυκτεγερσίαν, vel νυκτεγρεσίαν potius, eadem vis est, quae alias ἡ δὲ ὑπόθεσις sive τὸ δὲ κεφάλαιον. [Accuratius de argumento Rhesi nuper egit A. Kirchhoffius Philol. VII, p. 559 sqq. Is docuit, quod me fugerat, in cod. Vaticano Aristophanis ipsius nomen praefigi argumento a vv. Ῥῆσος μὲν ἦν Στρυμόνος usque ad περιέχει δὲ τὴν Νυκτεγερσίαν, post quae sequuntur τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα. Ergo opinio me fefellit.]

12. *Ionis.*

Κρέουσαν τὴν Ἐρεχθέως Ἀπόλλων φθείρας ἔγκυον ἐποίησεν ἐν Ἀθήναις· ἡ δὲ τὸ γεννηθὲν ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν ἐξέθηκε, τὸν αὐτὸν τόπον καὶ τοῦ ἀδικήματος καὶ τῆς λοχείας μάρτυρα λαβοῦσα. τὸ μὲν οὖν βρέφος Ἑρμῆς ἀνελόμενος εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν· εὑροῦσα δ' ἡ προφῆτις ἀνέθρεψε· τὴν Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος ἔγημε· συμμαχήσας γὰρ Ἀθηναίοις τὴν βασιλείαν καὶ τὸν τῆς προειρημένης γάμον ἔλαβε δῶρον. τούτῳ μὲν οὖν ἄλλος παῖς οὐκ ἐγένετο· τὸν δ' ἐκτραφέντα ὑπὸ τῆς προφήτιδος οἱ Δελφοὶ νεωκόρον ἐποίησαν. ὁ δὲ ἀγνοῶν ἐδούλευσε τῷ πατρί.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Δελφοῖς.

13. *Andromachae.*

Νεοπτόλεμος ἐν Τροίᾳ γέρας λαβὼν Ἀνδρομάχην τὴν Ἕκτορος γυναῖκα, παῖδα ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς τὸν Μολοττόν· ὕστερον δὲ ἐπέγημεν Ἑρμιόνην τὴν Μενελάου θυγατέρα. δίκας δὲ πρότερον ἠτηκὼς τῆς Ἀχιλλέως ἀναιρέσεως τὸν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνα, πάλιν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὸ χρηστήριον μετανοήσας, ἵνα τὸν θεὸν ἐξιλάσηται. ζηλοτύπως δ' ἔχουσα πρὸς τὴν Ἀνδρομάχην ἡ βασιλὶς ἐβουλεύετο κατ' αὐτῆς θάνατον μεταπεμψαμένη τὸν Μενέλαον· ἡ δὲ τὸ παιδίον μὲν ὑπεξέθηκεν, αὐτὴ δὲ κατέφυγεν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Θέτιδος. οἱ δὲ περὶ τὸν Μενέλαον καὶ τὸ παιδίον ἀνεῦρον καὶ ἐκείνην ἀπατήσαντες ἀνήγειραν· καὶ σφάττειν μέλλοντες ἀμφοτέρους ἐκωλύθησαν Πηλέως ἐπιφανέντος. Μενέλαος μὲν οὖν ἀπῆλθεν εἰς Σπάρτην· Ἑρμιόνη δὲ μετενόησεν, εὐλαβηθεῖσα τὴν παρουσίαν τοῦ Νεοπτολέμου. παραγενόμενος δὲ ὁ Ὀρέστης ταύτην μὲν ἀπήγαγε πείσας, Νεοπτολέμῳ δὲ ἐπεβούλευσεν· ὃν καὶ φονευθέντα παρῆσαν οἱ φέροντες. Πηλεῖ δὲ μέλλοντι τὸν νεκρὸν θρηνεῖν Θέτις ἐπιφανεῖσα τοῦτον μὲν ἐν Δελφοῖς ἐπέταξε θάψαι, τὴν δὲ Ἀνδρομάχην εἰς Μολοσσοὺς ἀποστεῖλαι μετὰ τοῦ παιδός, αὐτὸν δὲ ἀθανασίαν προσδέχεσθαι· τυχὼν δὲ ταύτης εἰς Μακάρων νήσους ᾤκισεν.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Φθίᾳ κεῖται· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν (hoc om. Havn.) ἐκ Φθιωτίδων γυναικῶν· προλογίζει δὲ Ἀνδρομάχη· τὸ δὲ δρᾶμα τῶν δευτέρων· [ὁ πρόλογος σαφῶς καὶ εὐλόγως εἰρημένος. ἔστι δὲ καὶ τὰ ἐλεγεῖα τὰ ἐν τῷ θρήνῳ τῆς Ἀνδρομάχης ἐν τῷ δευτέρῳ

μέρει· ῥῆσις Ἑρμιόνης τὸ βασιλικὸν ἐμφαίνουσα· καὶ ὁ πρὸς Ἀνδρομάχην λόγος καλῶς ἔχων· εὖ δὲ καὶ Πηλεὺς ὁ τὴν Ἀνδρομάχην ἀφελόμενος.]

Ultima tametsi sobrietatem Aristophanis excedere videntur, cui per me licet demat cui displicebunt, illa profecto τὸ δὲ δρᾶμα τῶν δευτέρων auctorem suum luculenter testantur, cfr. arg. Hippolyti. Nec enarratio fabulae propterea ab Aristophane abiudicanda est, quod latior est et uberior Sophocleis enarrationibus. Reputabis enim, Euripideorum dramatum varietatem respuere simplicitatem illam, quae in Sophocleis locum habet.

14. *Electrae.*

** ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν ὁρίοις τῆς Ἀργείας γῆς· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γυναικῶν, [προλογίζει δὲ ὁ αὐτουργός.] Haec ultima personarum indicem vulgo claudunt.

15. *Herculis Furentis.*

Ἡρακλῆς γήμας Μεγάραν τὴν Κρέοντος παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε. καταλιπὼν δὲ τούτους ἐν ταῖς Θήβαις αὐτὸς εἰς Ἄργος ἦλθεν, Εὐρυσθεῖ τοὺς ἄθλους ἐκπονήσων. πάντων δὲ περιγενόμενος ἐπὶ πᾶσιν εἰς Ἅιδου κατῆλθε. καὶ πολὺν ἐκεῖ διατρίψας χρόνον δόξαν ἀπέλιπε παρὰ τοῖς ζῶσιν ὡς εἴη τεθνηκώς· στασιάσαντες δὲ οἱ Θηβαῖοι πρὸς τὸν δυνάστην Κρέοντα, Λύκον ἐκ τῆς Εὐβοίας κατήγαγον ***

προλογίζει δὲ ὁ Ἀμφιτρύων. Haec sola, vulgo subiecta indici personarum, Aristophanis officinam declarant.

16. *Hecubae*

argumentum prius Thomae Magistro ascriptum aliquod tamen vestigium fontis sui, unde hausit Thomas, retinuit in exitu uberrimae narrationis.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ ἀντιπέραν τῆς Θρᾴκης Χερρονήσῳ· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν αἰχμαλωτίδων Τρῳάδων συμμαχησουσῶν τῇ Ἑκάβῃ, [προλογίζει δὲ .....]

17. *Orestis.*

Post enarratam verbose fabulam leguntur haec, quae Aristophaneam consuetudinem referunt:

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Ἀργείων, ἡλικιωτίδων Ἠλέκτρας, αἳ καὶ παραγίνονται ὑπὲρ τῆς τοῦ Ὀρέστου πυνθανόμεναι συμφορᾶς. προλογίζει δὲ Ἠλέκτρα.

τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν. [ἡ δὲ διασκευὴ τοῦ δράματος ἐστὶ τοιαύτη. πρὸς τὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος βασίλεια ὑπόκειται Ὀρέστης κάμνων καὶ κείμενος ὑπὸ μανίας ἐπὶ κλινιδίου, ᾧ προσκαθέζεται πρὸς τοῖς ποσὶν Ἠλέκτρα.] Haec et quae sequuntur, in cod. 18. Abbat. Flor. omissa, alium auctorem habuisse videntur: sed ultima ex more Aristophanis sunt: τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων· χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι· πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν. Cfr. arg. Hippol. et Andromachae.

Verba αἱ καὶ παραγίνονται κτλ. plane gemella iis quae in arg. Alcest. (cfr. Lucian. Ocyp.) leguntur; quid quod ad verbum repetuntur illa τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν?

18. *Iphigeniae Tauricae.*

Ὀρέστης κατὰ χρησμὸν ἐλθὼν εἰς Ταύρους τῆς Σκυθίας μετὰ Πυλάδου παρακινηθεὶς τὸ παρ' αὐτοῖς τιμώμενον τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ὑφελέσθαι προῃρεῖτο· προελθὼν δ' ἀπὸ τῆς νεὼς καὶ φανεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων ἅμα τῷ φίλῳ συλληφθεὶς ἀνήχθη κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐθισμόν, ὅπως τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἱεροῦ σφάγιον γένωνται. τοὺς γὰρ καταπλεύσαντας ξένους ἀπέσφαττον.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ταύροις τῆς Σκυθίας· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἑλληνίδων γυναικῶν, θεραπαινίδων τῆς Ἰφιγενείας, [προλογίζει δὲ .....]

Reliqua Euripidis dramata aut amiserunt argumenta aut ea habent, in quibus vix quicquam ab Aristophane acceptum hodie agnoscas, velut Heraclidae, Helena, Phoenissae, Cyclops. Peculiaris caussa est Troadum hypothesis, quam supra visum est operae pretium ad Aristophanem auctorem retrahere.

Liquere iam existimo, artioribus quam pro re terminis Aristophanis operam circumscripsisse Boeckhium Corp. Inscrr. I, p. 350, cui quae de superstitibus tragicis et Aristophane *didascalica* supersunt, videantur magna ex parte Aristophanis Byzantii commentariis deberi. Tantum enim abest, ut sola didascalica ad Aristophanem redeant, ut illa ab aliis sumpta particula quaedam doctae grammatici operae fuerint. Et ne quis humilius de enarratione fabularum sentiat et quae grammaticus praestitit pusilla arbitretur, fuit profecto aliquid in tanta mole librorum ab Aristophane pervolutandorum dramata eum in finem

perlegere, ut animum ad summam rerum attentum haberet eamque accurate et eleganter perscriberet.

4. His autem ita percursis sequitur, ut investigemus, utrum Aristophanes editis a se triumvirorum fabulis comites esse iusserit quas ab eo confectas vidimus hypotheses, an eae post aetatem auctoris a grammaticis sint in commodiorem legentibus locum aliunde translatae. Iam si constaret, personam editoris in tribus poetis tragicis egisse Byzantium grammaticum, non esset cur quis alio potius loco, quam in fronte singularum fabularum ascripta ab ipso argumenta esse censeret. Verum id non constat praeterquam de Euripide uno, idque ita constat, ut qui de recensitis ab Aristophane et annotatis Euripidis tragoediis dubitationes moveat, verendum sit ne pro male incredulo habeatur. Nihil ergo obstat, quominus frontem Euripidearum quidem tragoediarum ab ipso fuisse exornatam argumentis statuamus Aristophane. Nec de Aristophane comico aliter sentiendum esse videtur: et similiter videtur in Hesiodiis tenuisse. Quod dum documentis corroboro, hanc mihi veniam expeto, ut omisso parumper Aeschylo et Sophocle interrumpi tenorem disputationis non aegre ferant lectores: nam et ad rem pertinet, quam quaerimus, et praeteriit Nauckium, cuius docto libro hanc totam commentationem pro supplemento esse volui.

Hesiodiis carminibus quid praestiterit Aristophanes sententiae eruditorum in contrarias trahuntur partes. Et Nauckius quidem p. 59 concedit, Aristophanem censuram de Hesiodiis litteris genuinis an spuriis instituisse: abiudicavit enim ab Hesiodo et Scutum et Ὑποθήκας Χείρωνος: de illo testem citavit Nauckius arg. Scuti p. 108 Goettl., de altero carmine Quintilianum Inst. Or. I, 1, 15 „Aristophanes grammaticus primus Ὑποθήκας Χείρωνος negavit esse Hesiodi.“ Utrumque testimonium coniunctum Nauckius p. 247 ad commentarios in Callimachi Πίνακας aggregavit. Nec repugnarem, nisi edidisse Aristophanem et a fronte instruxisse argumento Scutum quidem demonstrari posset: unde idem de reliquis carminibus Hesiodi nomine olim circumlatis non temere, opinor, suspicamur. Quanquam, ut Opera et Dies taceam, ne de Theogonia quidem res omni caret dubitatione: cuius cum Wolfius Proll. p. CCXX. *novam recensionem* ab Aristophane curatam, Goettlingius autem e schol. ad v. 68 *commentarium in Theogoniam* prodire Praef. p. LXVII sta-

tuisset, Nauckius „editionem criticam“ ex eodem scholio exculpsit. Eadem fere G. F. Schoemanni sententia est commentatione de scholiis Theogoniae Hesiodeae Gryphisvald. a. 1848 edita p. 21, ubi vir praestantissimus de Schol. ad v. 126, in quo Nauckius p. 60 calidius videtur nomen Aristophanis extirpare voluisse, ingeniosam coniecturam protulit. In alia omnia abiit S. Muetzellius de Emend. Theog. p. 283, cum canonem illum Aristophaneum intuens non modo *delectus* sui rationem explicuisse illum *scripto*, verum etiam succinctam carminum interposuisse censuram comminiscitur de suo. Nam ut canonem mittamus, quale extitisse sumit Muetzellius opus, eius nec vola usquam nec vestigium reperias. Ergo hoc manebit, aut edidisse Aristophanem Hesiodia carmina ὑποθέσεσιν instructa aut in commentariis Callimacheis indicia illa sua exprompsisse. Nos ut illud potius amplectamur movet ὑπόθεσις Scuti quae hodieque extat, tertia numero apud Goettlingium p. 108. Cuius nisi primum enunciatum satis habuisset Nauckius apponere p. 247, quid rei ageretur perspecturum fuisse opinor. Exordium igitur argumenti iam ab Aldo publicati hoc est:

Τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' Καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ στ'. ὑπώπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ κωμικός, ἀλλά τις ἕτερος γραμματικός, ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου.

At addere debebat Nauckius quae primus Heinrichius ex codice Rehdigerano p. 41 prodidit, Goettlingius antem ex Mediceo primo vel emendavit vel locupletavit, cum ad Aristophanem apertis verbis referantur: κέχρηται δὲ ὑποθέσει τοιαύτῃ, scil. Aristophanes. Disertius etiam codex Casanatensis, ex quo T. Mommsenius eandem hypothesin descriptam edidit Nov. Mus. Rhen. VI, p. 299: κέχρηται δὲ ἐν ἀρχῇ ὑποθέσει τοιαύτῃ. De quorum fide verborum cum quicquam caussae cur quis haereat non videatur esse, totum argumentum, satis illud doctum, in Aristophanis erat reliquias recipiendum. Sed quod Mommsenio codex suus argumentum Aristophanis ipsum continere visus est, erravit: sed erravit excusatus, quoniam recentiora exemplaria Hesiodia Romae scribens ad manus non habuit. Etenim collato argumento Rehdigerano cum Casanatensi protinus in oculos incurrit, in magno rerum narratarum consensu sermonem alterius ita depravatum esse et deprava-

tum de industria ab librario aliquo Byzantino, ut ab auctoris sui elegantia mirifice degeneraverit. Quae res cum longius nos ab instituto abstraheret, ipsa tamen narrationis exordia exadversum collocare non gravabor, quae quam recte ita decreverim paucis doceant:

Rehdigeranus:

Ἀμφιτρύων καὶ Ἠλεκτρύων υἱοὶ Ἀλκαίου ἐγένοντο. τῷ δὲ Ἠλεκτρύωνι πρεσβυτέρῳ ὄντι τὴν ἡλικίαν ἀποθνήσκων ὁ Ἀλκαῖος ἐπέτρεψεν ἅπασαν τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, προστάξας, ἐπειδὰν ὁ ἀδελφὸς ἀνδρωθῇ Ἀμφιτρύων, ἀποδοῦναι τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῷ μοῖραν περιουσίας. ἀνδρωθεὶς δὲ ὁ Ἀμφιτρύων καὶ ἁπαντῶν παρὰ τοῦ Ἠλεκτρύωνος ἀδελφοῦ, Τιρύνθου τότε βασλεύοντος, τὸ ἐπιβάλλον αὐτῷ μέρος τῆς πατρικῆς οὐσίας, ἐπεὶ οὐκ ἐλάμβανεν ἀγνωμονοῦντος τοῦ ἀδελφοῦ, πόλεμον κινήσας κατ' αὐτοῦ καὶ προσκαλεσάμενος Ταφίους καὶ Τηλεβόας εἰς συμμαχίαν καὶ κρατήσας τοῦ ἀδελφοῦ, αὐτὸν μὲν ἀνεῖλε καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τῆς δὲ θυγατρὸς Ἀλκμήνης ἐφείσατο.

Casanatensis:

Ἀμφιτρύων καὶ Ἠλεκτρύων υἱοὶ Ἀλκαίου. ἦν δὲ Ἠλεκτρύων ὁ γηραιὸ (γεραίτερος Mommsen.) *ἀδελφός. θνήσκων δὲ ὁ Ἀλκαῖος ἐκάλεσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἠλεκτρύωνα, λέγων αὐτῷ· Ἐὰν ἀνδρωθῇ ὁ ἀδελφός σου Ἀμφιτρύων, δὸς αὐτῷ τὴν περιουσίαν, ἣν σοι κατέλειψα χάριν αὐτοῦ. ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου ἠνδρώθη μετὰ ταῦτα ὁ Ἀμφιτρύων καὶ ἐζήτησε τὴν πατρικὴν δωρεάν· μὴ διδόντος δὲ τοῦ Ἠλεκτρύωνος, ὃς τῆς Τιρύνθου ἐβασίλευεν, ἐκινήθη κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἠλεκτρύωνος, προσκαλεσάμενος Ταφίους καὶ Τηλεβόας, καὶ ἀνεῖλεν αὐτὸν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· τὴν δὲ θυγατέρα αὐτοῦ Ἀλκμήνην ὡς γυναῖκα κατέλειψεν.*

Rehdigeranus igitur codex incorruptus verborum Aristophaneorum, universe quidem aestimanti, vindex habendus est.

Post has ambages ut ad Aeschylum et Sophoclem, unde deflexit, revertatur disputatio, illi quid debuerint industriae Aristophanis in magna hominum doctorum versatur dubitatione. Ita F. V. Fritzschius praef. Arist. Thesmoph. p. XIII ab Aristophane Byzantio recensionem Sophoclis eam, quae aetatem tulit, profectam esse plures ob caussas se suspicari professus est. At nec attulit caussas illas nec afferre, opinor, poterat. Quid quod nemo veterum

Aeschylum et Sophoclem a grammatico Byzantio tractatos testatur. Vel sic tamen Sophocli saltem ab eo curam impensam fuisse, nisi per se credibile videatur, persuadere posse argumentum Antigonae sententia Nauckii est p. 62. At ex argumento illo si quid coniectare liceret, poterat pari iure idem de Aeschyliis fabulis, si argumentum Eumenidum cognitum habuisset vir doctus, suspicari. Liberalius etiam Fr. Osannus Anecd. Rom. p. 81 *in recensendis illustrandisque Sophocle et Euripide* — de Aeschylo enim non liquere — aliquam operam posuisse Aristophanem non dubiis testimoniis patere profitetur. Et Sophocleis *ὑπομνηματισταῖς* cum Aristarcho Aristophanem accenset Fr. Ritterus Didymi Opuscc. p. 37. Ulterius etiam provectus Iul. Richterus p. 70 haec sibi excidere passus est: „Singulare *ὑποθέσεων* opus eum composuisse significare videtur Athenaeus (8, 336ᴱ: at is de *ἀναγραφαῖς* comicorum loquitur, quae fuerunt *ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας.*), quanquam si quis *commentariis Aristophanicis* eas praescriptas fuisse contendit, non magnopere refragabor.“ Et rursus p. 71: „Aristophanem in Aeschylum commentatum esse ipsa quidem scholia non tradunt. Nihilominus, qui tam sedulo fabularum Aeschylearum argumenta enarravit (id quod Richterus certe non evicit ullo testimonio), *eundem et ipsa poetae verba accurate tractasse atque explicuisse certum est:* eoque magis opinor, quo certius est, eundem grammaticum commentatum in reliquos esse.“ Similia haec Richterianis reliquis: quae a critica subtilitate semota ubi ad fidem testimoniorum explorate exegeris, fere dilabuntur atque pereunt. Ita enim vanis opinationibus indulget, ut quae recte et ordine scripta interdum eminent mirum in modum falsis et temere profusis obscurentur. Longe circumspectius Welckerus Trag. Gr. I, 79 haec pronunciavit: „Aus dem werke des Aristophanes, das sich berichtigend an des Kallimachos *πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν διδασκαλιῶν* anschloss, rührt, wenigstens im wesentlichen, der ihm zugeschriebne inhalt der Antigone und vielleicht manches andre in den argumenten, wobei er nicht genannt ist, her.“ Et infra: „Aus demselben werke mag auch die bemerkung des Aristophanes über einen Sophokleischen ausdruck sein fr. 911: denn von einem commentare des Arist. zu Soph. ist keine spur vorhanden.“ Quibuscum congruit fere arbitrium O. Schneideri, qui in censura Nauckiani libri Nov. Diar. Litt. Jenenss. 1848, nr. 245 p. 976ᵃ ex argumento Antigonae neque commentarios

Sophocleos neque διόρθωσιν Aristophani posse vindicari admonuit. Idemque Schneiderus meus p. 980ᵇ rem paene acu tetigit his verbis: „Aus den bemerkungen (eas dicit, quas Aristophanes ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας sparserat) sind die prosaischen *und metrischen* ὑποθέσεις zu *einigen* stücken der dramatiker *gemacht*, welche unter dem namen des Aristophanes cursiren.“ Satis haec recte, modo memineris, et metricarum hypothesium plane diversam a non metricis esse rationem, quod infra edisseram, et *nonnulla* dramatum argumenta nimis caute posuisse Schneiderum, et non esse *facta* ex copiis Aristophaneis haec argumenta, sed plane ab Aristophane mutuo sumpta. Illam autem τῶν ὑποθέσεων sedem atque originem non perspectam habuisse Nauckium valde miror: immo ille p. 254 Aristophanem „dedita opera *complurium* fabularum argumenta enarrasse videri“ dicit, cuius ea in hoc genere fama extiterit, ut sequioris etiam aevi ὑποθέσεις ad eundem referrentur. Hoc simile veri est, alterum temere posuit Nauckius, cum Aristophanem in *complurium fabularum* enarratione argumentorum acquievisse opinatur, quem comprehendisse quotquot Alexandriae extabant trium poetarum tragicorum fabulas mihi non videtur excedere probabilitatem. Incautius denique idem Nauckius p. 255 in hanc sententiam delatus est: „*Aristophanis dummodo extiterint unquam* ὑποθέσεις, nemo mirabitur, non integras nobis servatas, et quae nunc splendido nomine ornentur, fidei esse aut exiguae aut nullius.“ Ultima quam non sint ex vero et aequo posita, modo ne quis ipsa Aristophanis verba cum religione ac fide conservata opinetur, videor mihi in superioribus declaravisse. Quod autem vir doctissimus de scriptis ab Aristophane argumentis dubitantius loquitur, factum id eo videtur, quod et iudiciis satis claris minus confidit et testimonium quoddam, quod infra expendetur, praeter rem elevat, denique quod ex metricis argumentis Aristophane indignis collegit, omnino prave abusos esse librarios splendidissimo nomine grammatici Alexandrini. Ut breve faciamus, quod attinet ad Aeschylum et Sophoclem, ut res est, revolvimur ad illud opus Aristophaneum, quod a tabulis Callimacheis pendebat. Eo igitur mentem applicabimus.

5. Alexandrinorum grammaticorum studia litteraria quibus se invicem successionibus gradatim exceperint, complures hac aetate iique eruditissimi homines post publicatam potissimum Tzetzianam illam narrationem Scholiumque

Plautinum ita executi sunt, ut res abunde illustrata videatur liceatque lectores ad illorum commentarios remittere, cfr. praeter Nauckium p. 243 sq. G. Bernhardy Hist. Litt. Gr. I, 134 sqq. Frid. Ritschelii libellum de Bibl. Alex. cum Corollario Bonnae a. 1840 edito, postremo A. Keilii commentationes Nov. Mus. Rh. VI, p. 110 sqq. Et via quidem cum munita esset coniunctis Alexandri Aetoli, Lycophronis Chalcidensis, Zenodoti Ephesii studiis a poetarum carminibus ordinandis componendisque orsorum, Callimachus Cyrenaeus Πινάκων vasta volumina admirabili industria consignavit. Quorsum spectant haec Tzetzae apud Keilium II, 1 Ὁ Καλλίμαχος ὑστέρως μετὰ τὴν ἀνόρθωσιν (ἐπίσκεψιν potius vel συναγωγήν dicere debebat) τοὺς πίνακας αὐτῶν ἀπεγράψατο. Rursus: Τὰ Καλλιμάχου καὶ Ἐρατοσθένους μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἐγένετο τῆς συναγωγῆς τῶν βίβλων καὶ διορθώσεως. Callimachus autem arduum opus naviter aggressus cum latissimos omnis eruditionis campos pervagaretur ita, ut ne a miscellis quidem opusculis abstineret et pedestris orationis scriptores una complecteretur — vide quae composuit Blomfieldius in ed. Callimachi p. 220 sqq. —: nec comprehendere infinitam copiam litterarum unus poterat: neque enim tunc omnes libri in promptu erant Alexandriae: et multa aliis reliquit pertractanda, delibata a se potius quam exhausta. Veluti in scenicis fabulis ita rem gessisse videtur, ut enumeraret singularum fabularum titulos et, si forte, didascalica apponeret: ita nuper demum emersit studii in Euripide positi testimonium complures ob caussas mirabile in scholl. R Androm. 446 εἰλικρινῶς τοὺς τοῦ δράματος χρόνους οὐκ ἔστι λαβεῖν· οὐ δεδίδακται γὰρ Ἀθήνησιν· ὁ δὲ Καλλίμαχος ἐπιγραφῆναί φησι τῇ τραγῳδίᾳ Δημοκράτην. Igitur partes a magistro derelictas administravit Aristophanes Byzantius, editis commentariis uberrimis τῶν Πινάκων. Titulum operis gravissimi servavit Athenaeus IX, 408F Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας. De quo opere non satis magnifice sentit A. Heckerus Commentat. Callimach. p. 28, cum Aristophanem libros Callimacho non visos recensuisse et eius Πίνακας ad sua tempora continuasse scribit. Rectius Nauckius p. 245 commentarium intelligit, sive malis supplementa et additamenta tum ad ditandam Callimacheorum πινάκων materiem collata, tum paullo liberius evagata atque observationes sive historicas sive grammaticas complexa. Id autem opus cum Callimacheo coniunctum

hominibus doctis tam Graecis quam Romanis aliquamdiu primarium fuisse omnis litterarum historiae fundamentum.

Amplissimi operis octo qui composuit fragmenta Nauckius, unde primum tamen supra eliminavimus ad editionem Hesiodiam retractum, deinceps ad cognatam ὑποθέσεις concinnandi operam gradum fecit. Qualem operam scenicis fabulis praestitam ubi ab Aristotelia aetate repetiit vicissitudinesque huius generis litterarum docte illustravit, ultra tria illa argumenta (Antig. Med. Baccharum) nominatim Aristophani attributa non assurgit, quippe qui vel dubitaret, an Aristophanes unquam ὑποθέσεις fecisset: τὰς ἐμμέτρους ad Tzetzarum Tricliniorumque aetatem deprimit. In hoc equidem assensus τὰς ἀμέτρους tamen strenuo defendo ab Aristophane venisse. Fallitur Nauckius autem in eo, quod hypothesium commentariorumque Callimacheorum discidium introducit. Quippe ditaverat Aristophanes praeceptoris rudimentum locupletioribus de singulorum fabulis poetarum narrationibus. Quae hypotheses propter operis famam et suam praestantiam progressu temporis apponebantur editionibus poetarum ipsis, donec varie demutata ab ingenita elegantia valde delaberentur, sed ut aperta tamen germanae manus vestigia resideant.

Conscriptarum autem ab Aristophane hypothesium dramaton testimonium quoddam, cui minus fidei habuisse Nauckium supra dicebam, extat in Et. M. p. 672, 27 Ὁ Χοιροβοσκὸς λέγει πίνακας, ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων· ὁ οὖν Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων· οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων. Haec verba, quibus ne Gaisfordii quidem copiae quicquam salutis attulerunt, G. Bernhardy Hist. Litt. Gr. I, 135 (158 ed. alt.) ita redintegravit, ut ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης reponeret, cui coniecturae calculum adiecit Welckerus l. c., oblocutus est post A. Heckerum Nauckius. De verbis non pugnabo: sive addendum Aristophanis nomen sive non est, sententiam elicio hanc: Callimachus in usum adhibitis quae vetustiores ex documentis litteratis contraxissent didascalicis in Πίναξι suis ἀνέγραψε τὰ δράματα: his supervenit deinde discipulus, qui δραμάτων ἀναγραφαῖς uberiores adderet ὑποθέσεις: didascalicis enim praemisit enarrationem fabulae et reliqua. Neque igitur facio cum Bernhardio verba παρὰ τῶν ἀρχαίων in ποιητῶν ἀρχαίων mutante: nam id et per

se insolenter dictum foret et τῶν ἀρχαίων ποιητῶν expectes; neque Heckerum p. 29 δραμάτων aut ποιημάτων refingentem laudo [1]). Mihi latere significationem videri fontium, unde τὰ διδασκαλικά petivisset Aristophanes, significavi. Sed de hoc quicquid statuetur, hoc nemo infitiabitur, cum τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων Choeroboscus ad Aristophanem accenseat, illius aetate has quas habemus Aeschyli Sophoclis Euripidis Aristophanis hypotheses fide antiquitus tradita celebratas esse pro Aristophaneis.

Dico pedestri oratione conscriptas, quarum memoria in Aristophane quidem satis vetusta extat, quippe quarum vel antiqui ὑπομνηματισταί mentionem iniecerint, v. O. Schneiderum de Scholl. in Arist. fontt. p. 42. Quaeritur de metricis argumentis, quae infimi aevi esse supra assensi Nauckio: infimi autem aevi librarii quam fuerint proni ad eiusmodi miseros versiculos procudendos luculentissime ostendit argumentum metricum Philoctetae a vulgato prorsus diversum apud Dindorfium in edit. Teubneriana a. 1825 p. LV, quod totum barbarum est. Adde Electrae argumentum tetrastichon, quod Dindorfius ibidem p. XVI ex codice Florentino Δ saec. XIV protraxit, e cuius altero versu statim qualis farinae sit percipietur:

σὺν τῷ τροφεῖ γέροντι καὶ τῷ Πυλάδῃ.

Alia aliorum est opinio: quorum Welckerus l. c. argumenta Oed. Regis et Philoctetae septemque fabularum Aristophanicarum a crimine νοθείας liberat, in eademque fuit sententia et Meierus commentat. de Andocid. or. Alcib. I, p. XII, et J. Richterus p. 69, qui universas quotquot extant ὑποθέσεις ἐμμέτρους Aristophanis esse pugnat. Quibus res didascalicas pedestri oratione scriptas auctorem adiecisse certissimum esse ait. Immo vero non fecisse rem portentosam certissimum est. Tametsi provideo fore qui ad Callimachi exemplum provocando laudes poeticas cum Aristophane communicandas defendant. Callimachi enim quaedam epigrammata ita comparata sunt, ut operibus poetarum a

1) Heckero vv. οἷς ἐντυχών non videntur in Aristophanem quadrare, quia operis notissimi non esset quare ille *fortuito* notitiam nactus esset. At v. ἐντυχεῖν es ubi fortuiti significationem paene exuat, velut Scholl. Soph. El. 539 τὰ ἀναγκαιότερα ἐστὶ τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, qui dramata legimus.

se in tabulis suis commemoratorum pro commendatione esse possent, quippe quae et argumentum carminum tangerent et singulares poetarum virtutes facunde praedicarent, velut supersunt epigrammata in Οἰχαλίας ἅλωσιν et in Aratum, nr. 6. 28. Haec et quaedam alia Welckero Cycl. Ep. I, p. 8 libris ipsis praeter titulos a Callimacho inscripta fuisse rato adversatus est Fr. Ritschelius Bibl. Alex. p. 20 recte animadvertens, non posse istam operam Callimachi ad omnia volumina, quae in tabulis consignarat, pertinuisse, sed ad ea solum, quae singulari quodam honore distincta et ex universa turba exempta esse vellet. Nuper autem O. Schneiderus in subtili commentariolo, qui exhibet Prolegg. Callimachi Αἰτίων p. 3, recensitis iis quae ad Callimacheam poetarum censuram pertinent, — sunt autem frr. 223. 242. 254. 279. 319. 441. 498 epigrammata illa ab initio voluminibus poetarum in bibliotheca Alexandrina servatis inscripta fuisse ponit; videri tamen Callimachum postea iterum edidisse sive seorsum sive ut Πινάκων pars essent. Nec dubium Schneidero est, quin huc referendum sit fragmentum ab H. Keilio Analectt. Gramm. p. 6 editum, emendatum autem a me Philol. 3, 536, quod περὶ τοῦ Ἀρχιλόχου dictum et ἐν τῷ γραφείῳ, qui inauditus titulus est, lectum grammaticus indicat. Sed Schneidero videtur potius ἐπιγραφεῖον fuisse titulus libri, h. e. ἐπιγραφῶν collectio. Quae coniectura ut sollerter reperta est, ita in sententia persisto mea, quam l. l. dixi, ἐν τῷ γ' Αἰτίων scribendum esse. Ego epigrammata a Callimacho utrum principio in fronte librorum inscripta fuerint an in πίναξι, nec scio nec sciri posse intelligo. Nec refert. Illud probe cavendum est, ne quis Ahrenti meo aures praebeat Dial. Dor. p. 229, qui ut feliciter versiculum in Scholiis Il. T, 1 Epicharmo, quod fidem vix inveniat, tributum hunc:

Λαοὶ χαλκοχίτωνες ἀκούετε Σειρηνάων

Callimacho potius vindicat ex epigrammate Epicharmi *Sirenibus* praeposito excerptum: illud imprudentius dixit, Callimachum „libris a se editis“ haud raro epigrammata praeposuisse, quo pertinere fr. 92 Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Verum Οἰχαλίας ἅλωσιν, Aratum, Hipponactem reliquos a Callimacho editos fuisse praeter fidem antiquitatis reique ipsius sumpsit amicus. Et Hipponacteus quidem choliambus quorsum pertineret demonstravi alio loco, v. Nunc. Litt. Gotting. a. 1845, 1 p. 8.

Nunc ut respiciamus eum, cuius caussa expatiati sumus in Callimachea, Aristophanem: Callimachus praeter artem grammaticam factitabat poetam, a qua arte discipuli indoles abhorruisse videtur. Et ut ludere versibus vel potuerit vel voluerit, certe elegantius ille erat et doctius lusurus. Nunc manendum in eo, ut ab Aristophane syllogen illam hypothesium aridis versiculis astrictarum procul habeamus.

Etenim Aristophanis elegans doctrina verborum nitore commendabilis cum reliquis omnibus, qui in eodem opere elaboravissent, longe praestaret, factum videtur, ut ad principem τῶν ὑποθεσιογράφων vel ea referrentur quae ab illo essent alienissima. Nam nisi quis, id quod non incredibile est, forti casuique tribuet, ut Aristophanis nomen non argumentis ἀμέτροις, quibus deberet, sed τοῖς ἐμμέτροις praefigeretur: nihil restat, nisi ut statuamus, propter insignem famam, quam Aristophanes ista opera sibi conciliasset, nomen eius paene θετικόν τι in hypothesibus omnis generis evasisse. Sed haec hactenus.

6. Aristophanes autem ut argumenta ex ipsis fabulis studiose lectitatis ducebat, ita in promenda didascalicorum docta supellectili ad superiorum thesauros laboriose congestos gradum poterat referre. Idque fecisse cum res ipsa manifestum reddit, tum hypotheses arguunt, in quibus etiamnunc abiectis tot testimoniis reconditioribus Glauci, Dicaearchi tamen nomina enitent.

Circumspicientibus autem incunabula harum litterarum primus occurrit Heraclides Ponticus, auditor Platonis, quem supra coniiciebamus Euripidis argumenta (τὰ κεφάλαια) dramatum enarravisse. Aristoteles autem et qui erant ab eo, ante Dicaearchum puta, in didascalicis contrahendis videntur acquievisse: Dicaearchus enarratione fabularum, nec unius Euripidis, adiuncta hoc genus litterarum studiose excoluisse videtur, quapropter Aristotelem Heracliden Dicaearchum coniunxerit Plutarchus Mor. p. 1095A γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος. Dicaearchum autem cum Nauckius p. 253 de argumentis Sophoclearum *quarundam* et Euripidearum fabularum disputasse narrat, in eundem incidit errorem quem cum alii tum Naekius Opuscc. I, p. 326. Prave enim acceperunt verba Sexti Empirici p. 697 Bekker., qui de diversis significationibus vocis ὑπόθεσις locutus πολλαχῶς μέν, inquit, καὶ ἄλλως προσαγορεύεται, τὰ νῦν δὲ ἀπαρκέσει τριχῶς λέγεσθαι, καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἡ δραματικὴ περιπέτεια,

καθὸ καὶ τραγικὴν καὶ κωμικὴν ὑπόθεσιν λέγομεν, καὶ Δικαιάρχου τινὰς ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων, οὐκ ἄλλο τι καλοῦντες ἢ τὴν τοῦ δράματος περιπέτειαν. Quae verba Sexti non *aliquot* Dicaearchum confecisse Euripidearum Sophoclearumque fabularum argumenta testantur, sed peculiare quoddam genus doctae scriptionis ab illo potissimum excultum esse, τὴν ὑποθεσιογραφίαν. Quarum ὑποθέσεων reliquiis a Naekio p. 324 compositis nunc addendum argumentum Rhesi ex palmari emendatione Nauckii Philol. 5, 683, quam supra exhibuimus, cfr. Kirchhoffium l. c. Unde simul concidit Reinesii opinio, ὑποθέσεις Dicaearcho tributas esse grammatici cognominis, quem aliunde incognitum Suidas Lacedaemonium vocat, auditorem Aristarchi. Nunc enim Aristophanem scimus usum esse Dicaearchi opere, ut Messenium intelligendum esse pateat. Quem quicquid didascalicorum superest per illum librum qui erat Βίος Ἑλλάδος inscriptus carptim attigisse, quae Naekii erat, sed dubitanter tamen proposita sententia, nullo pacto credere licet. Nec persuasit Naekius hominibus doctis: ita Welckerus l. c. p. 94 Fabricii Woweriique sententiae patrocinium suscepit ex verbis Sexti de titulo ipso peculiaris operis suspicantium, Boeckhio Corp. Inscrr. I, p. 350 Dicaearchus singulari opere de didascaliis disseruisse, sed didascalica in alio libro nescio quo tractavisse videtur; postremo Richterus p. 46 sq. Naekii opinionem laudabiliter impugnat. Sed is quod Dicaearchi operam etiam ad Aeschyli fabulas pertinuisse coniicit, ego rem nullo testimonio stabilitam ut parum compertam in medio relinquam.

De hypothesibus ἀμέτροις fabularum Aristophanis Comici, quas ex parte et ipsas a Byzantio grammatico profectas esse veri simile est, dicere complures ob caussas in aliud tempus differo.

Addenda et Corrigenda.

Haec cum ego anno superiore commentarer, scholia Aeschyli et Sophoclis a G. Dindorfio annis 1851 et 1852 Oxonii edita usurpare non licuit. Multum doctissimi hominis opera profuit et argumentis fabularum, quae ille primus ad optimos codices castigare potuit. Quapropter diligenter conferenda erunt harum litterarum studiosis cum nostris quae Dindorfius praestitit, quocum aliquoties mihi eaedem sententiae communes sunt, veluti, ut unum exemplum ponam, de Salustio isto Pythagoreo prorsus idem

statuit quod ego. Sed haec et talia singillatim persequi, id quod volebam, iam non licet, cum operae urgeant et valetudine impediar afflicta.

Praeter Dindorfium nuper idem ille A. Kirchhoffius, cuius elegantem disputationem de argumentis Rhesi supra citabam, dignissimam quae accurate expendatur, argumentis Medeae et Troadum salutarem manum admovit in editione illarum fabularum, quae nuper Berolini prodiit. Is prius argumentum Medeae nunc inscripsit *Δικαιάρχου ὑπόθεσις*. Fecisse se id dicit testimonio codicis Florentini apud Bandin. II, p. 124. Ibi haec reperio: „In cod. plut. 32, 2 Medeae argumentum primum est ex duobus editis, *et in fine tragoediae reperies*. Alcestidis vero praefert nomen *Δικαιάρχου*.“ Ergo Bandinius certe non testatur de Medea. Nec potest argumentum, quale quidem extat, Dicaearcho tribui, ad cuius ipsius *βίον Ἑλλάδος* provocet qui id concinnavit. Ergo Vossius, qui in libro Florentino argumentum Medeae Dicaearcho ascribi dicit, aut erravit aut alium codicem habuit. Eidem Kirchhoffio in editione Troadd. p. 51 didascalia una cum argumento Aristophaneo intercidisse videtur. Ergo Kirchhoffius quoque in eadem sententia fuerit, quam ego proposui supra, Neapolitani libri epigraphen, quam p. 7 tamen esse scioli cuiusdam ait, ad argumentum Aristophanis olim pertinuisse. Ego maneo in opinione mea, argumentum Troadum quod exstat esse Aristophaneum, nisi quod detracta sunt didascalica, commode servata illa ab Aeliano V. H. II, 8.

Postremo argumenta misella librariorum Byzantinorum supra perstricta qui augere volet, adeat Dindorfii Scholia p. VI et p. 407, ubi Electrae hypotheses prodierunt novae, p. 28 et 114 autem Philoctetae.

His dudum typothetae traditis ex peregrinatione domum revertenti mihi offertur libellus hic: „*Zwei argumente des Aristophanes von Byzanz und eine didaskalie. Herausgegeben von Dr. A. Kirchhoff. Berlin 1853.*“ Eruit enim vir doctissimus ex codicibus Marcianis hypothesin Orestis Euripideae et Phoenissarum Aristophaneam. Quas ego hypotheses, quoniam ne plura addam tempore excludor, satis habebo ita apposuisse, ut in libris scriptae extant. Fortasse per aliam opportunitatem experiar, ecquid ad difficultates, quibus Phoenissarum didascalia laborat, tollendas conferre possim, ubi per amicum codex Vatic. 909, unde aliquid salutis sperare licet, exploratus fuerit: nunc iis quorum interest, Kirchhoffii commentariolum commendo.

1. *Orestis.* *Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις. Ὀρέστης διὰ τὴν τῆς μητρὸς σφαγὴν ἅμα καὶ ὑπὸ τῶν Ἐριννύων δειματούμενος καὶ*

ὑπὸ τῶν Ἀργείων κατακριθεὶς θανάτῳ μέλλων φονεύειν Ἑλένην καὶ Ἑρμιόνην ἀνθ' ὧν Μενέλαος παρὼν οὐκ ἐβοήθησε διεκωλύθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος. παρ' οὐδενὶ (οὐδετέρῳ?) κεῖται ἡ μυθοποιία.

2. *Phoenissarum.* Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις ἐπὶ τῇ στρατεία (ἐπιστρατεία) τοῦ Πολυνείκους μετὰ τῶν Ἀργείων ἐπὶ Θήβας καὶ ἀπώλεια τῶν ἀδελφῶν Πολυνείκους καὶ Ἐτεοκλέους καὶ θάνατος Ἰοκάστης. Ἐπὶ Ναυσικράτους ἄρχοντος δεύτερος Εὐριπίδης καθῆκε διδασκαλίαν περὶ τούτου. καὶ γὰρ ταῦτα ὁ Οἰνόμαος καὶ Χρήσιππος καὶ σώζεται. ὁ χορὸς συνέστηκεν ἐν Φοινισσῶν. προλογίζει δὲ Ἰοκάστη. τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα· Ἰοκάστη· Κρέων· παιδαγωγός· Τειρεσίας· Ἀντιγόνη· Μενοικεύς· χορὸς ἐκ Φοινισσῶν γυναικῶν. ἄγγελος· Ἐτεοκλῆς· Πολυνείκης· ἕτερος ἄγγελος· Οἰδίπους.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Abhandlungen der königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen

Jahr/Year: 1853-1855

Band/Volume: 6

Autor(en)/Author(s): Schneidewin Friedrich Wilhelm

Artikel/Article: De hypothesibus tragoediarum graecarum aristophani byzantio vindicandis 3-38